



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDCXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

visus est circumdatus effusâ è cælo multitudine Angelorum. Sub consecratione conspectam ei dicunt in sinu præsentis Deiparæ quandam velut idæam templi, seu tabernaculi; è quo prodibat elegantissimus paruulus. quod spectaculum duravit vsque ad communionem. quo tempore visus est amabilis ille puer IESVS cum nobili & accensa face in manu. Ecce MARIA, tabernaculum DEI cum hominibus. O Domina, inquit ad eam S. Io. Damasc. *qua panem celestem peperisti, qui nutrit omnium fidelium corda; satia infelicem animam meam esurie laborantem.*

In sacro.

1117 Thomas Athinas Coad. die quodam Sanctissimæ Virgini Matri sacro, cum ante noctis medium fundendis ad DEVM precibus vigil incumberet, visam ab eo aient admirabilem Christi Matrem cum paruulo suo in sinu, & S. P. Ignatio in illustri quadam & plenâ maiestatis aulâ præsentem. Et quidem Virgo reidentibus oculis benignè illum compellans bono animo esse iussit, vtpote cuius curam ipsa susceperit. Tum sermone ad S. P. Ignatium conuerso, Thomam istuc præsentem illius fidei commisit, ac mirè commendauit. Accepit eum Ignatius, & dixit sibi Thomam hoc maximè nomine inter nominatim commendatos cordi futurum.

m. f. adez. Sabb.

ob. Flexia 1620. 29. Aug. Noctis orare.

Vocatio.

1118 P. Iulio Vrsino Beatissima Virgo loqui visa pollicita est; sibi eius castimoniam curæ fore; se illius custodem & præsidem esse velle.

ob. 1620. Intentione.

ANNO MDCXXI.

1119 Cum Laureti tenerrimas inter amoris erga Deiparam significationes moreretur P. Odoardus Bernauellus, qui amore Virginis Iosephus Mariannus voluit appellari, eodem tempore Asculi in Pi-

ob. 1621.

Mors.

Piceno, summo manè cuidam Patri sub aureo Reginae cæli pallio videri est visus in veste Societatis, illâ eum suum filium esse, difertè, iterùm ac tertio affirmante. Agnuit P. Odoardum esse is qui hæc videbat: & de Odoardi morbo ac morte postridiè Laureto literæ appulêre.

*P. Nic. O-
borski in
miraculis
illius Cra-
couia im-
pressis an-
no 1630.
pag. 23.
Illam pro
pace orare*

1119 In Collegio Califfiensi conspectus est hoc anno 10. Octobris B. Stanislaus in cælo in curru de genu supplex coram B. Virgine IESU parvulum sinu complexâ, & eodem curru vectâ. Eo die pacis pæctio inter Polonos ac Turcas est inita. Hæc ex iplo qui id vidit Patre habuit eius confessarius P. Seuerius Branscensis.

ANNO MDCXXII.

In campo

1120 P. Paulus Iosephus Ariaga Madriti cùm literis operam daret, ac in campum prodeambulatum prodijisset, à Beatissima Virgine, quam coram illi spectatam aiunt literæ, iussus est se Societati dare.

*ob. 1622.
16. Aug.
Huesi.*

1121 P. Franciscus de Otago de salute sua sollicitus & Deiparæ opem incitatus implorans, magno ab illa solatio peresus est, cùm illam sibi videre est visus cùm corona Sanctorum; quæ Francisco librum splendidum ostédens, *Hic est, aiebat, liber vite, in quem relata sunt nomina electorum. Tu lege.* Legit ille in libro suum ipsius nomen, & alia quædam ignota nomina, de quibus Virgo: Fili, dicebat, hos quoque ad beatam patriam tuâ operâ deducet DEVS.

*In pertur-
batione
animi.
Vid. an-
nū 1588.*

1122 Eidem in Philippinis postea multos ad fidem reducenti, & se suosque ab illa protegi petenti respondere visa est Virgo: *Francisce, ne metuas: ego te iuuabo: perge.*

Fiducia.

Atque hæc de primo seculo Societatis IESU. Utinâ patritam illam, auitamque Maiorum nostrorum

rum